



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Quidam ruens ab alto, à mortis periculo præseruatur ab eo Dei genetrice
piè inuocata, anno 1438.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

rūm deuenisset, precibus ad B. Virginem Cāberonensem deuōtē mentem animumque hunc in finem conuertit, quatenus dignaretur ædes suas ab incendio præseruare, à quo nullatenus poterat se conseruare. Minimè uana & irrita fuit eius precatio: nam nō ita multo post Angli receptui canentes abiere, & domus eius libera permansit ab ignis deuastatione.

*QUIDAM RVENS AB ALTO, A
moris periculo præseruatur ab eo Dei genetrice piè innocata, anno 1438.*

CAPVT LVII.

Quilielmus quidam artem suam opere super templum Camberonæ S. Vincētij exercens, quod scandulis regulis operiebat, casu præcipiti ad ceterum pedes alto à culmine pronus prolapsus est. Quemadmodum autem in dicto suo præcipitio B. Virginis Camberonensis immemor minimè fuit: ita etiam die subsequenti pluribus testibus commitatus Camberonam illæsus venit, dignas ei acturus gratias, cui ad vitam acceptam referebat.

QVI.